

J U S
C A N O N I C U M
U N I V E R S U M,

A U T H O R E

R. P. F. A N A C L E T O
R E I F F E N S T U E L,

Cum Repertorio Generali.



J U S
C A N O N I C U M
U N I V E R S U M,

CLARA METHODO JUXTA TITULOS
QUINQUE LIBRORUM
DECRETALIU M

In Quaestiones distributum, solidisque Responsionibus, &
Objectionum Solutionibus dilucidatum.

A U T H O R E

R. P. F. A N A C L E T O
R E I F F E N S T U E L,

Ordinis Minorum S. Francisci Reformat. Provinciae Bavaricae Lectore Jubilato.

Editio Novissima, cui accessit

T R A C T A T U S D E R E G U L I S J U R I S
C U M

R E P E R T O R I O G E N E R A L I T O T I U S O P E R I S.

T O M U S P R I M U S.



A N T V E R P I Æ,
Sumptibus S O C I E T A T I S.

M. DCC. XLIII.





BIBLIOPOLÆ LECTORI



COMMENTARIO R. P. Anacleti Reiffenstuel in Jus Universum Canonicum, meritis efferendo laudibus impares cum simus, illius encomiis nuncium remittimus. Illam autem fat superque commendant sui Authoris nomen, & tototiesque repetitæ tam in Germaniâ, quàm in Italiâ, illius Editiones, quibus singulis Juris Canonici pericis abundè innotuerunt tanti & tam eximii Operis præstantia, ac utilitas.

Unum advertere sufficiat, nos potissimum in hoc intudasse, ut hæc nostrâ Editio cæteris antehac omnibus præstantior evadat, publicisque votis magis accommodata: Quod duabus præsertim rationibus consecutores fore arbitrati sumus: Primâ nempe, si nostri celeberrimi Authoris Tractatum de Regulis Juris, cum illius Appendice, hætenus à Juris Canonici Commentario distinctum, & seorsim excusum, reliquo operi intexeremus, ut simul unum Corpus efficeret; & sic nihil eorum quæ in animo intenderat, velut in quadam præfatiunculâ aliquo modo insinuavit Author, desideraretur, Lectorumque expectationi fieret fatis. Alterâ, si (prout nobis à melioris notæ Viris suasum fuit, & Juris utriusque consultis semper arridere compertum habemus) Indicem, seu Repertorium Generale totius operis, quod non ea solum quæ in particularibus quinque priorum Voluminum Indicibus sparsa & inconcinna fuerant, sed & ipsas Tractatus de Regulis Juris Canonici materias, exactiori ordine alphabetico digestas contineret; in illis duobus pro viribus etixi sumus, & cauti admodum elaboravimus, ne à proposito scopo deflecteremus.

Demùm ne quid eorum quæ sunt muneris nostri prætermitteremus, & ut aliquatenus Voluminum æqualitati consulere, duplicem pro tertio tomo, ultrâ modum amplo, titulum excudi curavimus, quo dividi possit à Bibliopægis. Omnem itaque operam impendimus, ut hæc novissima Editio præcedentibus longè antecellat, & cum omnibus suis numeris prodeat. Igitur quod infimus laboris, commoditati, utilitatique tuæ intervientes, *Benevole Lector*, despiciere noli, imò ama, eme, frue, & Vale.